

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre VIIIItemMythologia, Francfort, 1581 - VII, 05 : De Cygno](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 05 : De Cygno

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 05 : De Cygno](#)□

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 05 : De Cygne](#)□

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 06 : De Cygne](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Contundent manibus.

Quòd si Centaurorum forma omnino in rebus humanis esse non potest, quæ causa antiquos compulit ad hæc ita fabulosè confingenda?

¶ Patuit (vt arbitror) ex rebus Centaurorum gestis quid per hæc significare voluerunt. Nam in tam prodigiosa corporis forma, quæ humanitas, quæ iustitia, quæ temperantia, quæ pietas esse potuit? aut qui dimidium sui beluæ terribis extiterit, quo pacto non in maximas difficultates ob sua flagitia illabatur, patriamq; & facultates per summam turpitudinem relinquere cogatur? Verùm quoniam suus est virtuti vniuscuiusque locus, potestq; vel in turpi forma aliquando inesse virtus, idcirco ob æquitatem eximiam Chiron fuit inter sidera receptus. Per hæc igitur quæ dicta sunt de Centauris, significare voluerunt antiqui, vino nõ esse immoderatè indulgendum, neque cedendum cupiditatibus, neq; manus in res alienas per vim iniiciendas, sed temperantia & iustitia in omnib. vni conuenire cauendosq; esse illos qui turpissimo sunt corpore, quoniam mores plerumq; corpori sunt similes. At cõtrà illum esse finem omnium improborum, vt patriam, facultates, penates, liberos, vxores relinquere cogantur, & extortes aliam patriam sibi per inopiam quarant. Nec me præterit quosdam fuisse, qui primos Centauros equitate inquam inuenisse. At nunc de Cygno dicamus.

De Cygno. CAP. V.

AT verò de Cygno diuersæ fuerunt antiquorum scriptorum sententiæ, quòd eum alij aliorum parentum filium, & alia de causa in anem sui nominis mutatum fuisse, tradiderunt. Nam Cygnus ille qui fuerit ab Hercule occisus, & in anem sui nominis dicitur postea mutatus, fertur fuisse Martis & Cleobulinæ filius, vt traditum est à Posidonio in libro de Diis & heroibus. Fama est hunc Cygnum Martis filium idcirco fuisse ab Hercule trucidatum, quoniam ille in Thessaliam accedentes aduenas interimere, cum esset templum patri erecturus è capitibus cæcorum à se hominum. Fuit & Cygnus Apollinis filius ab Achille cæsus cum militaret ad Troiam, de quo ita scripsit Isacius: *Αχιλλεύς δὲ τὸν ἰσπάρθου τῆς Τροίης, ἀνέλα τὸν Κύνου*

Κ107, Κ108

κτεν, ἡγὰρ τὴν τὸν λόγον ἔδωκεν, ἔργον δὲ ἄπολλωνος. Achilles
 cum ad Troiam militaret, Cygnum ac Tenem interemit,
 Verbo quidem Cygni filium, ac re ipsa filium Apollinis. Fer-
 tur trucidatus fuisse ab Achille ad Troiam, & ab aliis creditus
 Cygai filius, cum esset Apollinis, ut patuit, quoniam opem fe-
 rens Troianis cum Iōgis nauibus angustias maris Troiani oc-
 cluisset, impediretq; Græcos, neq; illos descendere pateretur,
 quem tamen pleriq; fuisse Neptuni filium existimarunt. Sile-
 nus autem in fabulosis historiis Diomedis socios in illas aues,
 tanquam sorores Meleagri in melegrides, mutatos fuisse scri-
 psit: quæ res ita habuit. Cum Diomedes Tydei ac Deiphyles fi-
 lius in patriam post bellum Troianum rediisset, fertur in vl-
 tionem eius vulneris quod Marti & Veneri Diis intulerat, eius
 vxor Ægialia exagitata fuisse incredibili desiderio, atq; furioso
 propè quodam amore Comatæ filij Stheneli, vel (ut aliis ma-
 gis placuit) Cyllabari. Idcirco cum domum rediisset ita illo de-
 tentam vxorem reperit, ut parum abfuerit, quin ab ipsa Ægia-
 lia fuerit trucidatus, cum vix se seruasset ad aram Iunonis Ar-
 ginæ. Postmodo de statu rerum præsentium decidens, ac de-
 speratione captus, ad populos vocatos Daunios in Italiã com-
 migravit, quibus per illud tēpus Daunus rex imperabat. Cum
 forte tunc accidisset, ut Daunus ab hostibus obsideretur, audita
 Diomedis virtute ac fortitudine, eiusq; in Italiam aduentu, mi-
 sit rogatum ipsum Diomedem ut sibi opem ferret in ea rerum
 difficultate. promisit etiam se partem suę regionis ad habitan-
 dum esse daturum ad remunerationem tanti beneficij. Ille ubi
 auxiliatum Dauniis iussit, victoriamq; illis peperisset, urbem
 postea vocatam Argyrippam condidit, quam sibi esse regiam
 statuit. Nam cum Daunus vellet videri tanti accepti beneficij
 minimè oblitus, proposuit Diomedi, concessitq; optionem,
 vitum mallet eligēdi, vel totam prædam, vel totam regionem
 hostis, quam cepisset. cum neutrum horum voluisset eligere
 Diomedes, cuperetq; Daunus aliquo condigno munere satis
 Diomedis in se beneficentiæ facere, Althænum Diomedis fra-
 trem nothum iudicem statuit. at enim Althænus cum fuisset
 captus amore Euippæ filix Dauni, velletq; Dauno gratificari,
 regionem Dauno adiudicavit, iussitq; prædam dari Diomedi.
 fertur illo iudicio indignatus Diomedes Deos rogasse, ut neq;
 semina vtiliter terrę concrederentur, neq; illa fructum ferret,

nisi aliquis è suis cognatis aut ciuibus ibi seminasset. Postea verò cum istud ipsum contigisset, neq; terra ullos fructus ferret, & si qui nascerentur, per malignitatem aeris vel deciderent è plantis, vel ad maturitatem non peruenirent; animalia passim perirent, ac si qua ferrent in vtero, facerent abortum: dicitur Daunus misisse sciscitatum oraculum, quæ nam esset tantæ Deorum indignationis causa, aut quid in Deos esset commissum, ex quo tot incòmoda, totq; calamitates Dauni regionem inuasissent. cum respòdisset oraculum, istud partim ex imprecatione Diomedis contigisse, partim etiam ex ira Deorum, & præsertim Veneris, quæ vel ipsum fratrem in Diomedem per amorem Euippæ incitasset, Daunus in præsentem rem dissimulat, atque consilium prorogat in opportunum tempus. Nec ita multis sanè diebus interiectis Daunus Diomedi insidias parat, & tanquam Diis inuisum atque inimicum repente trucidat. Græci Diomedis socij qui fuerant illum in Italiam secuti, visâ sui ducis morte tam fœda, tamq; miserabili, illum magnopere lugere cœperunt, atque stridulè conquerentes dicuntur omnes Deorum misericordia in cygnos aues canoras fuisse conuersi. quod accidit in insula Diomedea vocata è regione Gargani. Alij dicunt non in cygnos quidem fuisse mutatos, sed in aues cygnis simillimas, quæ dictæ sunt postmodo insulam vocatam Diomedeam habitasse de nomine ipsius Diomedis. Est autem illa insula iuxta sinum Ionium Adriaticumq; posita, vt scripsit Agatharchides in rebus Europicis, & Callimachus in libro de conditis insulis, & habitatis urbibus, & de illarum nominibus. Nam Iapyges & Apuli cum populi essent iuxta sinum Ionium, alij horum dicti sunt Peceutij, alij Diculi, qui postea Daunij & Tarentini vocati fuerunt. Fuit enim regio Dauniorum in Apulia, quæ postea tota Iapygia ab Iapyge Dædali filio, hinc Salatia, hinc Calabria vocata fuit. atque Apulia dicta est ab vrbe Diomedis Argyrippa, quæ sequentibus temporibus Apulis nominata fuit. His addidit præterea Timæus Siculus in rebus patriis, & Alcimus, omnes Diomedis statuas, quas in illa regione ex iis saxis passim sibi erexerat, quæ secum è Troianis ruinis in nauis aduexerat, fuisse in mare contumeliosè deiectas. nam memoriæ proditum fuit ab illis Siculis scriptorib. Diomedem cum aureum scutum Glauci haberet, Cotichicum draconem inteternisse, qui Phæaciam regionem de-

taustau-

uastauerat, ubi primum in Italiam aduentaret, ea re insignem honorem adeptus Diomedes permultas sibi statuas ad perpetuam præclari facinoris memoriam erigendas curauit, quæ è saxis Troianis (vñ diximus) excisæ fuerunt, quæ statuæ vnà cum ipso Diomede casò in mare à Dauno fuerunt deiectæ. Scriptum reliquit Pausanias in Atticis rebus Cygnum fuisse regem illorum Ligurum, qui habitauerunt in Gallia transpadana, laude musicæ artis & cognitionis clarum: qui ubi mortuus esset, dicitur ab Apolline in auem sui nominis mutatus. Alij dixerunt ducem Ligurum Cygnum nomine mitò amore Phæthontem profecutum fuisse, qui post eius casum tam assidue flebat atque ciulabat, vt Deorum misericordia in auem sui nominis sit mutatus, atque cum esset musicæ artis peritus, creditur post mortem Apollini musicorum Deo esse consecratus. Lucianus in eo dialogo qui Cygnus inscribitur, asseffores fuisse Apollinis cygnos commemorat, & amicos homines musicæ peritos, qui cum mortui essent, fuerunt in aues sui nominis mutari ab eodem.

¶ Hæc ea sunt quæ de Cygnis fabulosè memoriæ prodita sunt ab antiquis scriptoribus: quæ si diligentius considerentur, partim nos admonent nullam esse turpitudinem, nullamque arrogantiam, quæ Deum non habeat vindicem & ultorem; partim etiam ad insigniorum hominum laudem fuerunt excogitata. nam cum Diomedes vel Deos ipsos vulnerasset, iustâ Deorum vindictam omnino auferere non potuit, quia tam felici rerum successu elatus fuerat, vt neq; Diis quidem pepercit in ipsa rerum felicitate, quos magis vt autores omnis humanæ felicitatis impensiusque venerari atque obseruare debebat. Eius socij dicuntur in aues fuisse mutari, quod omnis infelicitas & miseria alas iniungit prioribus amicis ad fugam. Facti sunt cygnis similes, vt alij voluerunt, aut ipsi cygni, dum lugubres ac miserabiles voces emitterent, quoniam neque tutum est, neque sapiens neq; valde pium illorum sceleratorum calamitates lugere, qui diuino consilio, diuinâq; providentia propter illatas vel in ipsos Deos iniurias illas calamitates patiuntur, cum illud scire possimus. Fiunt enim brutis similes ij qui neq; motibus animorum moderari aliqua saltem ex parte possunt, neq; æquo animo ferre nitantur illud, quod diuinitus statutu nulla ratiõe mutari possit. Hęc res iure optimo fecit, vt

socij Diomedis in aues Diomedæas vocatas dicatur fuisse con-
 uerfi. Alij dixerunt Cygnum illum ab Achille caesum cum ad
 Troiam militaret, in auem sui nominis fuisse conuerfum, non
 quidem re ipsa (nullum enim fuit tēpus quo homines in plan-
 tas, aues, pisces, aut saxa mutarētur) sed ad consolationem suo-
 rum illud fuisse à poetis conuictum, nam fuit vna multarum
 fabularum excogitatarum ratio aliquando, assentatio poeta-
 rum nimirum, qui nihil sibi non licere arbitrati sunt, modò
 p̄ncipum suæ ætatis gratiam per sua figmenta aucuparen-
 tur. Sic homines sæpius in Deorum numerum post mortem
 sunt intrusi, quibus templa, altaria, sacerdotes, ceremoniæ, ac
 proprij ritus sacrorum fuerunt instituti, multiq; in varia cor-
 pora animalium per suauitatem orationis cum mirifica legen-
 tium voluptate peruenierunt. Habet enim illud suauitatis poe-
 tice, vt illa quæ in soluta liberaque oratione ridicula videntur
 & vana & mendacia, ipsa non solum probabilia & simillima
 veris efficiat, sed etiam cum incredibili auditorum voluptate
 & admiratione ita imprimat in animis, vt non facile delan-
 tur. Istud fit propter metri naturam ac varietatem rerum, quas
 licet poetis in sua scripta asciscere, cum reliqua scriptorum ge-
 nera ad finem suscepti negotij properare soleant, prius quam
 aliquid exterum admisceatur. nam cum liceat poetæ aliquan-
 do vel ad minima quæque describenda peruenire, illud certè
 non permissum est facile cæteris scriptoribus, nisi maxima de
 causa, & cum res ipsa necessariò postulare appareat. Quòd ve-
 rò Cygnum Ligurum regem eorum qui habitant in Gal-
 tranipadana, in illam auem mutatum fuisse ab Apolline me-
 morant, id certè significare voluerunt poetæ, optimarum
 artium expertes esse principes homines non oportere, vel esse
 profus ignaros, quæ liberales vocantur, cum & animam ad
 regias virtutes & ad optimam rerum præsentium administra-
 tionem, & ad futurorum prudentiam mirabiliter effingant,
 & ad rerum vel secundarum vel aduersarum euentum æquo
 animo perferendum. Istud à musicæ scientia primò inchoan-
 dum esse censuerim, sed non ab illa tabularum & combibo-
 num garrulitate aut vociferatione: quoniam ea vis est illius, vt
 animum, moresq; parum aptos prius componat, dein de præ-
 paret compositum ad omnes rectas disciplinas facile imbi-
 bendas. Alij dixerunt poetas ad viuentium coniuictorū Cygni
 ipsius

ipsius regis gratiam illum immortalibus laudibus extulisse ob
peritiam iustitiae facultatis, quem & gratum Dijs hominem
fuisse dixerunt, & post mortem etiam vixisse, atque in avem
pulcherrimam, Apolliniq; dicatam mutatum, quae vel mor-
tem ipsam cum cantu exciperet, quia se Deo amicam esse sen-
tiat, & ad meliorem vitam sic transitura. Nam cum mors com-
munis sit omnibus animantibus, neque vlla sit differentia san-
guinis, facultatum, honorum, nisi quis vi laudis ac virtutis, com-
munem omnibus vitae metam perpetuitate nominis supera-
uerit, vel nihil est magnopere expetendum in rebus humanis,
vel sola gloria, quae per bonitatem morum, sanctitatem, fidem,
pietatem, integritatem, innocentiam ac beneficentiam late
extenditur. sit etiam hoc ipsum per disciplinatum liberaliumq;
artium praestantiam cognitionis, qui honor in animis poste-
rotum diutissime conservatur. nam cum fieri omnino non
possit ut nihil agamus, quid aptius praecclaris ingenijs relictum
est in quo se exerceant, cum quid datur otij, quam in cogno-
scendis rebus gestis praeteritorum temporum, & delirijs quibus se
suosq; perdidit summis rebus praefecti, aut quibus virtutibus
haec omnia ab ipsidem sapienter sunt conservata? est illud pra-
eterea studium honestissimum omnium ac utilissimum, & ca-
eteris omnibus occupationibus praefendam, quo aliquis sei-
psum ad vitam quam honestissime cum virtute transigendam
informet. Atq; de Cygno satis, nunc dicatur de Harpyis.

De Harpyis.

CAP. VI.

HARPYIAE, quae Stymphalides aves etiam vocatae fue-
runt, filiae fuisse dicuntur Thaumantis & Electrae O-
ceani filiae, ac sorores Iridis, ut scripsit Hesiod. in Theogonia in
his versibus:

Θαύματος δ' ἢ κλυτοῖσθε θυρήεσσι θύεσθαι
ἠγάγετ' ἢ λίκην ἢ δ' οἰκῆσθαι κεν ἴρι,
ἠυκέμεσθ' ἄρπυιαι ἄλωτ' ἢ κυσίτην τι.

- Oceano patam, Thaumatas, qui litora pulsat,
Uxorem Electram duxit: mox edidit Irim
Illa viro: Harpyias, Aelloque, Ocypetenque.

Acusilaus Neptuni ac Terrae filias fuisse credidit; Sosibius Era-
siam & Harpyiam memoriae prodidit fuisse Phineae filias: quae,
ut patet ex superioribus Hesiodi carminibus, tres fuerunt, Iris,